

Propterea illius robur viresq̄ salubres
Me iuvat exiguò succinuisse metro.

Ruta virens, vrbis culto quæ floret in horto,
Multa parit iuveni commoda, multa seni.
Semper inest folijs viror & vis vivida semper,
Multicomum demunt nulla pericla caput.
E. Hærat reliquas quamvis canis æstifer herbas,
Attamen hæc salvis pullulat herba comis.
Hæc abigit diris metuendos ictibus angues:
Hæc suavi sanum mulect odore caput.
Hæc obstat tacitis mirâ virtute venenis,
Viribus advertit tristia multa suis.

Altius has alto virtutes pectore volvens
Saxonia illustris stirps generosa domus
Non alijs gaudet decorari insignia sertis,
Quam quæ Rutiferae germine texta coma.
Haud equidem frustra, quoniam collatio pulchra est
Ruta inter germen Saxonicæq̄ Hircæ.
Multicoma ut toto Ruta est notissima mundo
Non modo quam civos, sed quoq̄ rura colunt.

Rutiferae sic